

SCRIPTA

Numéro Scripta : 2891

Auteur(s) : Hugues de Montfort [particulier]

Bénéficiaire(s) : Saint-Hymer, Saint-Hymer-en-Auge, dépendance Le Bec (prieuré)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1197

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Hugues, comte de Montfort, confirme les donations précédemment faites à l'église de Saint-Ymer.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Bréard Charles, *Cartulaires de Saint-Ymer en Auge et Bricquebec, publiés avec notices*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard, 1908, n° XV, p. 21-22.

Dissertation critique

Datation proposée par Ch. Bréard.

Texte établi d'après a

Universis sancte Matris Ecclesie filiis et fidelibus, Hugo de Monteforti, salutem. Sciatis me donasse et presenti carta confirmasse Deo et sancte Marie Becci, sanctoque Ymerio et monachis apud Sanctum Ymerium Deo servientibus et servitulis, ecclesiam Sancti Ymerii cum cappella et patronatu et prebendis et decimis, omnibusque aliis ejusdem Ecclesie pertinentiis in usus proprios in perpetuum habendam, libere, quiete, integre et pacifice ; præterea decimas omnium reddituum terre mee ac de eunctis sylvis meis quæ sunt in Normannia : hoc est de feris, de volatilibus, de venditione nemorum, de essartis, de melle, de pasnagio, atque de cunctis consuetudinibus sylvarum et de omnibus foris meis et molendinis ; et de piscariis et vivariis et de cunctis pecuniis et de caseis quas Hugo primus de Monteforti donavit predicte ecclesie Sancti Ymerii pro salute anime sue, et ex dono Hugonis, filii Gisleberti de Gant, avi mei, de quadam parte sylve mee Sancti Ymerii quod nemus Heroldi et Vallis Corvi appellatur, usque ad majorem viam vallis per quam a domo Ricardi Hake ad Sanctum Ymerium descenditur ; decimam etiam de omnibus salinis meis et de foro vallis Aneere ; similiter ex dono Roberti, patris mei, integre totam terram de Montibus quæ est supra domum Hugonis Peisun, excepta terra quæ jam tradita fuit Britonibus, totamque aquam Ivaæ usque in Tolcam ; capellam etiam sancti Nicholai que constructa est in castello de Monteforti cum universis ejusdem capelle pertinentiis ex propria largitione mea dono. Et confirmo predictis monachis Sancti Ymerii thelonium hominum suorum in perpetuum recipiendum et habendum ita libere et quiete sicut ulla eleemosina libere donari potest ; universasque alias donationes et eleemosinas quas supradicti antecessores mei, vel eorum homines perdicte ecclesie dederunt, vel quas dono, vel emptione in feodo meo adepti sunt, quatenus eas libere et quiete cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus hujus cartæ meæ patrocinio protecti in perpetuum possideunt. Hi sunt testes : Willelmus, filius Radulphi, senescallus Normanniæ ; Ricardus Silvanus ; Ricardus de Argentis ; Ricardus Rossel ;

Robertus Trichan, Radulphus de Baillol ; Reginaldus de Pontibus ; Valeranus de Pontibus ; Hugo de Gonis ; Amaricus, clericus ; Willelmus de Bulleio.